

Virgilii <sup>an</sup> teneas Imagno atq; excelso animo  
praeditus sit, nec ne, quaeritur.

Respondente

P. E. Schatz.

Recens. m. Jun. 1826.

34

Aeneis Virgilii vulgo carmen epicum  
dicitur, eamque jure sic dici posse, sola qua  
ad hoc epos componendum poeta usus est ra-  
tione, valde probatur. Nichilo minus abhorre-  
re mihi videtur ab eo carminum genere, quod  
aliique plerumque sub nomine carminis he-  
roici intelligere solemus, et quod etiam cetera  
hujus generis poemata argumento suo testantur.  
Quae dissimilitudo, ni fallor, in eo versatur, quod  
persona heroica sic dicta illius carminis, quae  
sic nominetur, omnino non digna sit, et quod  
natura ejus certe magis in eum quem fictae  
narrationis principem dicimus, cadere  
videatur. Non est dissertationis nostrae,  
haec res Aeneidi approbsio sit nec ne,  
inquirere; ad quaestionem propositam re-  
spondisse, argumentaque attulisse, quibus re-  
sponsum verum esse demonstratur, sufficiet.  
Nedum mihi positam, excederem, si hoc loco

talius carminis ordinem atq; ideo continuum  
agendi tempus ejus viri persequi vellem, quo  
cum nunc mihi res est, ita ut omnibus  
rebus, quae gesserit, et quae ceperit consiliis  
plane perspectis, sententiam ferre possim de  
virtute ejus, quem personam primariam carmi-  
nis epici spectamus. Quin etiam persuasum est  
mihi, me ad quaesita non minus accurate re-  
sponsum esse, etsi solum libri argumentum  
notum mihi non sit. Fiducia enim, quam in  
ingenio et facultate poetae repositam habe-  
mus, minima et fere nullius momenti esset,  
si crederemus, personam in carmine suo com-  
memoratam, quam hic talem agendi rationem  
sequi videmus, alibi aliter se praebuisse; aut  
omnino me ignorare necesse esset, concentum  
et congruentiam in exponendis et describendis  
personis inter praecipuas virtutes cujusq; boni  
ejusmodi artificii pertinere.

Aeneas, Anchisae et Veneris filius, natura  
atq; indole et patris et matris praeditus fuisse  
videtur; nam pietatem et reverentiam erga deos

95  
a patre sibi traditam, simul cum inconstantia  
ac levitate mentis, matris propria, in eo  
conjunctam conspicimus. Troja exiis  
— Ilium in Italiam portare, victosq; Penates  
designatus est, ubi imperii romani, postea splen-  
didissimi, fundamenta jaceret, et

conderet urbem  
Inferretq; Deos Latios, genus unde Latinum  
Albaniq; patres, atq; altae moenia Romae.

Eum ad has res perpetrandas fato designatum  
fuisse, clarissime liquet. Immo varium ejus  
et sibi non constans ingenium de industria  
a Diis ita comparatum fuisse videtur, qui  
imbecilliori et minus ad sui ipsius arbitrium  
et naturam se fingente ministro eam ob causam  
vli volebant, ut eo melius et vi nulla  
interpellante consilia sua, Italiam spectan-  
tia, persequi possent. Qua in re fortasse etiam  
causa quaerenda, cur Virgilius talem nec  
ulium alium eligeret; nam Ulysses aut  
Achilles ad exsequenda consilia, quae molie-  
bantur Di, minus idonei fuissent.

Se ad has res gerendas electum esse,  
Aeneas satis certo sibi persuasum habuit,  
nam dii certiores eum fecerant. Ipsa  
post Trojam captam fuga non voluntaria,  
sed ab Hectore ei iussa erat; a quo nempe somnis  
admonetur Aeneas ut fuga sibi consulat —

Nea fuge, mater Dea, teq; his, ait, eripe flammis!  
Aeneas classe clam fabricata, depertur in  
Thraciam, ubi territus genita lacrima-  
bili, quem imo caesi a Polymnestore  
rege Polydori sumulo audit, in insulam  
Delum, oraculum Apollinis consulturus na-  
vigat. Rex tenius, idem et Phoebifator,  
dos, interrogatus:

quem sequimur? quove ire iubes? ubi nonere sedes?  
incertum hoc edit responsum:

Antiquam exquirite matrem.  
Hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris,  
Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.  
Sed hic haeret aqua; —  
cumbi quae sint ea moenia quaerunt.  
Aeneas, proximam quamq; terram optimum

ratus et in fingendis fabulis excellens, Cretem  
insulam gentis Trojanae unabula dicit.  
Proprio impulso hanc navigationem factam  
esse, sane mirandum. Sed semel tantum  
hoc ei contigit; nam ubique minoris moni-  
tisq; Secorum eum pulsus videmus. Et Creta  
pessete depulsus, et in somnis a diis monitus,  
Italiam veram Trojanorum esse originem,  
Italiam petit. Sed, tempore quoddam praeter-  
lapso, in consilio suo perseveratne? num  
ubique ascendit, quod non deesse debet ei, qui  
nulla re a proposito delinere velit, —  
flagrans scilicet studium rei susceptae,  
agens semper aliquid atq; moliens, donec vo-  
torum suorum compos fiat, omnesq; cogi-  
tationes ad id unum intendens, ita ut nihil  
aliud cogitare possit? Hoc cum studio non  
incensum esse, nos ex agendi ratione quam  
sequitur, videmus. Vix enim per tempus  
aliquod navigans, jam taedio corporis mari-  
limi captus fuisse videtur, quo, ob laboris

Jugam, amirum non delectabatur, prae-  
sertim cum amor quidam commoditatis  
inter maximas ejus virtutes merito  
haberi possit. Semper enim paratissimus  
» securum intrare portum » aut » dolabi  
oris », et quasi praeclare a se factum  
ita gloriatur:

Peruatum ex undis Strophadum <sup>velit</sup> meliora primum  
accipiunt!

Quo fit, ut ad parvissimam quamq; insulam,  
casu quodam delatus, appellere, ibique  
maenia et muros locare, et a miseris  
et periculis <sup>velit</sup> requiescere promptissimus  
sit. Et <sup>in</sup> corde alicubi semper comoratus  
fuisse, nisi dei eum pepulissent —

littora tum lacrimans, portusq; relinquit.  
Navigationis suae in Italiam plane im-  
mensor est, nec memor esse vult, sed  
a tempestate maritus in terra sedere  
gaudet et nihil curat. Ubique igitur  
id primum cogitat, quo modo sibi pares

57  
domicilium, ubi <sup>diutius</sup> longius versari possit,  
donec dei ipsi, ut portentis, munus est. rem  
propositam in memoriam ei reducant, eo  
acti suat. Nam si homo sibi constans est,  
cur non potius loca nullius momenti, quae  
tantum consilium suum morantur, omnino  
negligit? Cur non mavult esse in alto, quam  
in terra, ut quivis strenuus ac fortis nauta  
terram urere sentiat, quae longius eam retinet  
a navi dilecta? cur denique vi tantum inde  
propelli se sinat, unde sponte sua proficisci  
debet? Quo fit, ut navigatio ejus spontus  
diuturni ab alio loco in alium speciem praebet.  
Gloriam dei, ut saepissime a poeta appella-  
tur, sibi habeat, scilicet sit hostias caedere,  
preces fundere et vota facere hujus nominis  
jus tribuant. Ubi enim terrarum eum inve-  
niamus, qui praestaverit ei hoc in re, et  
cujus pietas erga deum plures bestias ab-  
sumpserit? Atamen haec pietas non  
probat animi ejus constantiam; nam et  
homines, qui nunquam sumo utuntur iudicio,

hujus generis pios esse posse, experientia  
docti scimus.

Ut vero Aeneam tanquam hominem mo-  
bilem, certa consilia et rationes <sup>non</sup> sequentem,  
ante oculos ponamus, commemoratio quo  
Carthagine apud Didonem praecipue apta  
videtur, ubi pariter, pro consuetudine  
sua, haeret. Et quidem hic non solum virum  
levem atq; inconstantem, sed etiam plane  
temerarium nec longe prospicientem se  
praebet, praesertim cum socordia ministrum  
deorum ad persequendas res maximas electum  
minime deceat. Quod a regina amatur,  
quod summo atq; incredibili quo amore  
commovetur et ardet Dido, ita ut fere  
insanias, nulla eum afficit sollicitudine.  
hala atq; incommoda quae inde in eum  
pariter atq; in reginam redundatura sint,  
non magis animo et cogitatione comple-  
ditur, — sive in considerans, sive suo privato  
compendio praeter modum inserviens hoc fecerit.  
Nam revera e gerendi se natione conjici potest,

98  
vehementer eam delectatum fuisse conditione  
sua, <sup>et</sup> quo in majorem adhuc adducitur invidiam,  
fortasse minus amore, quam exerat indido,  
nem, quam quod se amari a regina, consue-  
sibi esset. Unde levis ejus animus, mentisq;  
caecitas et perfidia, quibus stimulantibus  
ludibante gressu libidinibus indulget. —

Amorum suorum narrationem propius  
inspiciamus. Dido misere perit amore Aeneae —

— gravi jam dudum saucia cura  
Vulnus alit venis, et caeco carpitur igni.  
Aeneas ac Dido venatam abeunt, subortaq; Du-  
nomis artibus tempestate, in antrum confluunt —  
Speluncam Dido, Dux et Trojans eandem  
Deveniunt. — — —

Nec jam fortivum Dido meditatur amorem,  
Conjugium vocat, hoc praefixit nomine vulgum.

Aeneas, quae est natura, nihil contra molitur,  
et propositi sui oblitus luxuriose ac laute  
vivit. Quae cum ita essent, nihil aliud resta-  
bat, quam ut sui succurrerent, minisq;  
eum propellerent. Quod sane difficilium esset  
effectum, nisi Aeneas praeter levitatem fatis

etiam timoris monstrasset, qui ut Deorum  
voluntati obtemperaret, eam cogeret. —  
Iupiter igitur Mercurium mittit ad Aeneam,  
qui eum abire in Italiam iubeat —

— Tu nunc Carthagenis altae  
Fundamenta locas, pulcherramq; uxoris urbem,  
Exstruis? heu regni rerumq; oblite tuarum.  
Sic te nulla movet sanctorum rerum gloria  
Nec super ipse tua moliris laude laborem,  
Aspanum surgentem et spes heredis Iuli  
Reppice; cui regnum Italiae, Romanaq; tellus  
Debentur. —

Qualem se gerit Aeneas, hoc nuntio accepto.

— Aeneas adpecta obmutuit amens,  
Ad rectaq; horrore comae, et vox faucibus haesit.  
Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras,  
Ad tonitru tanta monitu imperioq; Deorum.

Eheu te miserum puerum! quid agat, quo  
verbat se, quid dicat reginae nescit. Clam  
et in oculo omnia ad navigationem ne-  
cessaria parat, quod suspicata Dido, preci-  
bus et lacrimis deterrere eum ab incepto  
conatur — Nec te noster amor, nec te data dextera quondam  
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?

59  
At pius Aeneas, ut herodem dicit,  
— quamquam lenire dolentem  
Solando cupit, et dielis avertere curam  
Nulla gemens, magnosq; animum labefactus amore,  
Iussa tamen Divum exsequitur, classemq; revisit.  
Quam diligentissime nunc subito imperata facit! Co-  
progredivus ardoris, ut reginam et quae eum  
illa essent necessitudines neglectas habeat, ita  
ut ne adducatur quidem in discrimen, precibus  
et blandimentis, quibus eum retinere studet,  
commoveri. Unde facile intelligi potest, quam  
potens sit in eo sola haec cogitatio — obedientiae,  
aliquis dicat; minime — timoris potius! Quem  
metum turpem submissumq; imputatum  
ei esse pro reverentia dei, i. e. pietate, vix  
in dubium vocari potest. — Clam profici-  
satur, Dido modo mortem sibi consciscit; —  
sed tandem huius rei curam gerat?  
Dii enim eam relinquere iusserant. Ambrino  
quidem iusserant. Nihilominus tamen alius  
virili ingenio, vel jam initio, quae inde ser-  
tura esset, praevidisset, nec in talem conditi-  
onem descendisset, quae haud quaquam prospere

evenire potuit, - vel si tamen ejusmodi casum expertus esset, sane discessus non tam facile nulliusq; ei momenti fuisset, ut rem, quae aliquando satis gravis videri potuit, quae, ceterarum suarum rerum (reparum) obliviscens, sola teneretur, - plane neglexisset. Etiam si interiori vultu boniq; sensu edoctus, pristinam suam agendi rationem injustam fuisse, cognovisset, et ut hanc sollicitudinem dissolveret, monitus esset, tamen omnes nervos intendisset, con-  
 siliorem ejus personae vel rei, pro qua se suam devoverit, in futuram quam <sup>potest</sup> optimam redire, et pessima quaeque praecavere, contempserat, si quid mali acciderit, non plane imo, tuus fuisset. Unde clarissime intelligitur, Aeneam <sup>nec</sup> nunquam cogitatione et cura amorem didonis coluisse, nec cura invilam ~~discessisset~~.

Quo autem magis insipia quae seculus est, contemnenda sunt, quippe qui plane incogitans nec ulla causa incitante periculum fecerit rei, quae, praeterquam quod si ad mores spectatur non honesta sit, nec animum ejus multum delectat,

verit. Sane speciem praesepest hominis despicit, cui nulla religio, qui haud curstant maxima in se suscipit flagitia, si modo ne temporis sentiat morem, prohibent. Perseem nostrum in itinere suo longius prosequi, proinde supervacuum esset, quam parum iudicandum esse videat, Aeneam levitate atq; insipientia <sup>religione</sup> eodem modo a via aberrantem videre, qua modo saepius vidimus. Majorem sane capere ~~voluptatem~~ voluptatem e narratione rerum gestarum viri, qui se recta voluisse sibi conscius, magna perpetrata, quam e falsis ejus, qui tantum delectis deorum minister haberi potest. —

